



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 4. Decretu de libris prohibitis, Catechismo, Breviario, & Missali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

pote-
con-
vete-
infue-
limia
ener-
eple-
e hoc
eticis
orre-
ene-
nnes
rima
auffa
cete-
gno-
quo-
ob
rum,
rup-
liter
isco-
nodi
sque
erat,
sen-
num
cu-
uod
tur,
mu-
ani-
III.

§. III.

Decretum.

De delectu Ciborum, jejuniis, & diebus festis.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Absoluto hoc de indulgentiis decreto sequebatur aliud tenoris sequentis:
 „Insuper hortatur sancta Synodus, &
 „per sanctissimum Domini nostri, atque
 „Salvatoris adventum Pastores omnes
 „obtestatur, ut tanquam boni milites
 „illa omnia, quæ sancta Romana Ec-
 „clesia omnium Ecclesiarum Magistra
 „statuit, nechon ea, quæ tam in hoc
 „Concilio, quam in aliis Oecumenicis
 „statuta sunt, quibusunque fidelibus
 „sedulo commendent, omniisque diligen-
 „tia utantur, ut illis omnibus, & iis
 „præcipue sint obsequentes, quæ ad
 „mortificandam carnem conducunt, ut
 „ciborum delectus, & jejunia, vel e-
 „tiam quæ faciunt ad pietatem augen-
 „dam, ut dierum festorum devota, &
 „Religiosa celebratio, admonentes po-
 „pulos crebro, obedire Præpositis suis:
 „quos qui audiunt, Deum remunera-
 „torem audient: qui vero contemnunt,
 „Deum ipsum Ultorem sentient.

§. IV.

*Decretum de libris prohibitis, Cate-
chismo, Breviario, & Missali.*

Post.



Sæcul. XVI. Postquam hoc decretum fuerat prælectum recitabatur aliud, quod catalogum librorum prohibitorum, Catechismum, Breviarium, & Missale concernebat his conceptum verbis: „Sacra, „sancta Synodus in secunda Sessione „sub sanctissimo Domino nostro Pio quartto celebrata delectis quibusdam Patribus commisit, ut de variis censuris, „ac libris vel suspectis, vel perniciiosis, „quid facto opus esset, considerarent, „atque ad ipsam sanctam Synodum referrent, audiens nunc, huic ab eis „extremam manum impositam esse, nec „tamen ob librorum varietatem, & multitudinem distincte, & commode posset a sancta Synodo dijudicari; præcipit, ut, quidquid ab illis præstitum est, sanctissimo Pontifici exhibeat, „ut ejus judicio, atque auctoritate terminetur, & evulgetur: idemque de Catechismo a Patribus, quibus illud mandatum fuerat, & de Missali, & Breviario fieri mandat.

§. V.

*Declaratio circa Ordinem Oratorum
in Concilio.*

Postea prælegebatur declaratio circa ordinem, quem Oratores in Synodo tenebant, ut exinde nullum jus, aut damnum aliis contra Principum jura, & præ-